

Carmina Gratulatoria

IN HONOREM OR-
NATISS. ET DOCTISSIMI,
IUVENIS IOHANNIS HVBENERI
Toruniensis Pruteni, cum illi in lauda-
tissima VVitebergensium Academia gra-
dus & insignia Magisterij Philosophici
decernerentur Rectore Academiae FRAN-
CISCO FABRO Freibergensi: Decano
collegij Philosophici ANDREA SCHA-
TONE Torgensi, viris excellentis, claris-
simisq;, facultatis Medicæ D. D. & profes-
soribus publicis, pridie calend. Apri-
lis Anno à nato Christo 1584.

Conscripta ab

AMICIS & Sympatriotis.

VVITEBERGAE

Imprimebant Cratoniani Hæredes.

ANNO M. D. XVIC.



Epigramma.



Ptima pars vitæ juvenilis, & aurea nostræ
Est ætas, celeri sed fugit illa pede.
Artibus ac Musis dicat hanc quicumq; sa-
Lenius huic tardo crure senecta venit, (cratis,
Lusibus atq; jocis nunquam, rebusq; prophanis
Conqueritur miserè transfilijsse dies.
Ore senes querulo multos plorare recordor,
Gemma quòd studio hæc tempora trita levi.
Vtilius quantò tempus tu IANÆ locasti,
Sacrafti studijs dum juvenile sacris?
Hinc tibi surget honos, ac olim grata voluptas,
Dulce senectutis quando levamen erit.
Vtere flore puer: redivus ignara juvenas
Cui perit, æternùm quod cruciabit, erit.

Bona Res Honor Bonus.

KSIAŻNICA MIEJSKA
IM. K. FERNIKA
W TORUNIU



Hracious undifluo stagnantia castra cruore
Mars habet, horricrepis & turbida classica
Illi pax odiosa fero contraria bello: (Signis.

Bella cruenta sitit placida contraria paci:

Pacem Thessalicis diris probrisq; nefandis,

Terribiles iactans voces infauſtaq; verba,

Deuouet, irarum furibundo percitus æstro.

Hunc Acherontigenis lymfata furoribus ardet

Turba ſequi trux & Mauorte ferocior ipſo.

Hinc animam vili vendens mercede cutemq;

Indignabundus bacchatur miles obuncis

Horridus in ſquamis, ac ſpreto Numine Diuum

Arma ſonat frendens, iteratis vocibus arma

Arma fremit, cœlumq; vago cum murmure complet.

Sunt & Acidalio rutilis undantia flammis

Sunt ſua caſtra DEO, teneris qui viribus impar

Graduo, vaſtum latè ſua regna per orbem

Extendit tamen, & caco temerarius auſu

Lunatos arcus hamataq; ſpicula torquens

Occultos rapida minitatur arundinis ictus, (ges

Non minùs hæc denſa quàm Martia caſtra phalan-

Seētantur, nisi quōd grauium pertasa laborum,
Mollities torporq; graui lentore fatiscens
Hos habeat catus, illos labor vsq; fatiget.

Nec sua Castalia desunt vexilla cohorti,
Armisonis sed cassa tubis & sanguine crudo.
Non horrorifico reboant hic tympana pulsu,
Non litui, non rauca fremunt clangore fragoso
Cornua, ferali non stridula buccina flatu,
Non fragor armorum, non vox gemebunda cadentium
Aerios tractus & sydera celsa lacestant: (cum
Aemonia sed fila lyra, sed barbita blandē
Garrula, contentis & tinnula nablia chordis
Harmonicos edunt, symphonia iusta, sonores.
Exulat hic certi truculentia nescia finis,
Exulat hic rigidi vesana licentia ferri.
At charitum triplici concordia numina nexu
Juncta, serenato lustrant loca cuncta fauore.
Ocia pro trepido tractant pacata tumultu
Turba nouena, choros per mollia prata, per herbas
Exercens teneras: media pater ipse caterua
Pythius intonsis iuuenilia tempora cirris
Ornatus, pharetra fulgente decorus & arcu,
Arguto tremulos distendens pollice nervos
Blanda susurrantes mulcet concentibus auras:

Hic

Hic quicumqꝫ cupit laudem meruisse merendo,
Non opus est rutila nutantes casside cristas
Vertice sustineat, non scintillantibus armis
Munitus thoraca feros aduersus in hostes
Impetuosus agat, tetra discrimina mortis
Icla per & clypeos & acuta cuspidis hastas
Infractis subiens animis & pectore firmo.
Auricomum fragrans torua pro casside laurus
Brechma coarctabit decorans pro grandibus armis
Densabunt niueum torquat a monilia pectus
Sanguinea non parta manu, sed dia sororum
Munera Corycidum: sanos non ille dolones
Sed geret auratas citharas & eburnea plectra:
Non animam moriens per sordida vulnera fundet,
Sed petet Elysios nullo cum sanguine colles,
Quamqꝫ sibi viuus multo sudore parauit,
Ad feros illum transmittet fama nepotes. (annis

Hac equidem credo teneris HVBENERE sub
Voluebas animo, dum nec furialibus ausis
Horrisoni strepitus belli cladesqꝫ secutum,
Martia te vano sublimet adorea plausu,
Nec ceromatico sint niciteria collo:
Nec te flammivago vetitogꝫ libidinis aestu
Insidiosa Venus scelerum faecunda repertrix

Fœdorum, trahat arctis casibus irretitum:
Sed tibi baccifera nymphæ Libethrides ornent
Eximiam lauru frontem, fertisq; coronent
Tempora frondosis vernantia, nominis aucto
Præclari titulo. Non his decoratus honorum
Non esses cumulis, esses si dira secutus
Vel patris armigeri spurcæ vel castra Diones.

Sed quid ego; tantosne tibi gratabor honores
IANE decus patria nunquam delebile gentis?
O utinam: sed fata DEVM crudelia fata,
Atq; dolorificæ fatalia numina Parcæ,
Quæ fuerant tristi mutarunt gaudia luctu.
Hinc vigor ingenij languens emarcuit, ipsa
Me fugiunt. Musæ procul hinc Heliconia tempe
Lustrantes, Pataræus nec iam mihi carmina Phœbus
Dictat ut ante fauens, quod si mihi carmina Phœbꝰ
Iam dictaret ut ante, nihil in carmina Phœbi
Nil Musæ, nil sistræ iuuant, nil plectra fidesq;
Ne tamen officio possem non functus amici
Culpari, potius teneris inspergere chartis
Hæc volui promptam testantia carmina mentem,
Quamuis tu maior, quamuis hæc vilia lectu:
Panthoidæ turba quam more senis mussare.

MARTINVS STOBÆVS Mariæbur-
gensis Borussus.



ALIVD.



Escennina crepet quorundam carmina

Musa,

I AN Et tuas laudes nostra Thalia sonet.

Casti decent castos, procul hinc procul ite profani,

Carmina nam CHRISTO non nisi casta placent.

Huc fer Musa pedem, paucos assume labores,

Harmonicum resono gutture funde melos.

Huc fer Musa pedem, recines praeconia laudum.

Digno perpetua vivere laude viro.

Musa vetat doctos rigida succumbere morti,

Funerem fugiunt carmina sola rogam.

Cetera praetereunt, Smiris, Multitia, Pala:

Tecta superba cadunt, moenia celsa ruunt.

Sola manet virtus post funera moesta superstes,

Tollere nec famam ferrea fata queunt.

Musa, mihi causas memora: quibus atbera ad alta

Candidus Hubnerus laude vehendus erit.

Ausa dedit quenam, tanto quod dignus honore est,

Namq; Magisterij scandit ad astra gradus.

A 4 Conspi-

Conspicitur tereti redimitus tempora mitra ,
 Laeva tenet claves dextraq₂ mucchinium .
 Hinc lepidi expansi recubant per pulpita libri ,
 Turba Magistrorum quos pia mente legit .
 Ille gerit placidos summo moderamine vultus ,
 Ille velut virgo lumina casta gerit .
 Ille sonora sonat resono de gutture verba ,
 Et doctis dictis pectora prona movet .
 Hincq₂ silent iuvenes , arrectisq₂ auribus astant ,
 Atq₂ haurire avidè verba polita student .
 Adde quod & proceres IANVM mirantur amantq₂ .
 Atq₂ probant mores non gravitate graves .
 Tu mihi Musa refer , tantos ut adeptus honores ,
 Contingit raro gloria rara viro .
 Prodiit Hubnerus postquam sub luminis oras ,
 Strenuus Ardalidum castra secutus erat .
 Sacra DEI coluit , jugisq₂ precantia verba
 Ad CHRISTVM fudit , pectore , voce , fide .
 Aggressus nihil est , prius ac rata vota peregit :
 Fundere corde DEO supplice vota , pium est .
 A te CHRISTE venit capiti sapientia nostro ,
 Qui prece sollicitat Numina , Prælis erit .
 Adde quod & constans rigidos hausisse labores
 Ingenium format , grandia cuncta levat .
 Contigit